


Clariss: LINNÆI.M.D.  
 METHODUS plantarum SEXUALIS  
 in SISTEMATE NATURÆ  
 descripta



Lugd. bat: 1736

G.D.EHRET. Palat-heidelb:  
 fecit & edidit

CAROLI LINNÆI, *SVECI,*  
DOCTORIS MEDICINÆ,  
SYSTEMA NATURÆ,

S I V E

REGNA TRIA NATURÆ

SYSTEMATICE PROPOSITA

P E R

CLASSES, ORDINES,  
GENERA, & SPECIES.

---

---

O JEHOVA! *Quam ampla sunt opera Tua !*  
*Quam ea omnia sapienter fecisti !*  
*Quam plena est terra possessione tua !*

Pfalm. civ. 24.



---

---

LUGDUNI BATAVORUM,  
Apud THEODORUM HAAK, MDCCXXV.

EX TYPOGRAPHIA  
JOANNIS WILHELMI DE GROOT.

---

R. 4512

CAROLI LINNAEI

DOCTORIS MEDICINAE

SYSTEMA NATURAE

LIBER

REGNI TERRESTRIUM

SYSTEMATICIS PROPOSITIS

PER

CLAUSSESS ORDINES

GENERA & SPECIES

OPUS POSTUMUM  
Quod nonnulli  
quod nonnulli  
quod nonnulli  
Hillem. civ. 24.

AVD. G. U. N. I. B. A. T. N. V. O. R. U. M.

APUD THEODORUM HAVANENSEM, MDCCXXXV.

EX TYPOGRAPHIA

JOANNIS WILHELMII DE GROO

# CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS.

Flos est plantarum gaudium.

--- Sic planta propagat!

NUPTIÆ PLANTARUM  
Actus generationis incolarum Regni Vegetabilis  
Florescentia.

**PUBLICÆ.**  
Nuptiæ coram totum mundum  
visibilem aperte celebrantur.  
*Flores unicuique visibiles sunt.*

**CLANDESTINÆ.**  
Nuptiæ clam instituantur.  
*Flores, oculis nostris nudis  
vix conspiciuntur.*

**MONOCLINIA.**  
Mariti & Uxores uno eodem-  
que Thalamo gaudent.  
*Flores omnes hermaphroditi sunt,  
& stamina cum pistillis in  
eodem flore.*

**DICLINIA.** à δις bis & κλίω Lectus, Thalamus.  
Mariti seu feminae distinctis  
thalamis gaudent.  
*Flores masculini vel feminini in  
eadem specie.*

**DIFFINITAS.**  
Mariti inter se non cognati  
sunt.  
*Stamina nullâ sub parte connata  
inter se sunt.*

**AFFINITAS.**  
Mariti propinqui & cognati  
sunt.  
*Stamina coherent vel inter se  
invicem aliqua sua parte,  
vel cum pistillo.*

**INDIFFERENTISMUS.**  
Mariti nullam subordinationem  
inter se invicem observant.  
*Stamina nullam accuratam pro-  
portionem longitudinis in-  
ter se invicem habent.*

**SUBORDINATIO.**  
Mariti certi reliquis præferun-  
tur.  
*Stamina duo semper reliquis bre-  
viora sunt.*

<b>MONANDRIA.</b> à μόνος unicus, & ἀνὴρ maritus. Maritus unicus in matrimonio. <i>Stamen unicum in flore hermaphrodito.</i>	I.
<b>DIANDRIA.</b> Mariti duo in eodem conjugio. <i>Stamina duo in flore hermaphrodito.</i>	II.
<b>TRIANDRIA.</b> Mariti tres in eodem conjugio. <i>Stamina tria in flore hermaphrodito.</i>	III.
<b>TETRANDRIA.</b> Mariti quatuor in eodem conjugio. <i>Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.</i> Obs. Si Stamina 2 proxima breviora sunt, referatur ad Cl. 14.	IV.
<b>PENTANDRIA.</b> Mariti quinque in eodem conjugio. <i>Stamina quinque in flore hermaphrodito.</i>	V.
<b>HEXANDRIA.</b> Mariti sex in eodem conjugio. <i>Stamina sex in flore hermaphrodito.</i> Obs. Si ex his Stamina 2 opposita breviora, pertinet ad Cl. 15.	VI.
<b>HEPTANDRIA.</b> Mariti septem in eodem conjugio. <i>Stamina septem in flore eodem cum pistillo.</i>	VII.
<b>OCTANDRIA.</b> Mariti octo in eodem thalamo cum femina. <i>Stamina octo in eodem flore cum pistillo.</i>	VIII.
<b>ENNEANDRIA.</b> Mariti novem in eodem thalamo cum femina. <i>Stamina novem in flore hermaphrodito.</i>	IX.
<b>DECANDRIA.</b> Mariti decem in eodem conjugio. <i>Stamina decem in eodem flore cum pistillo.</i>	X.
<b>DODECANDRIA.</b> Mariti duodecim in eodem conjugio. <i>Stamina duodecim in flore hermaphrodito.</i>	XI.
<b>ICOSANDRIA.</b> ab ἱκσος viginti & ἀνὴρ. Mariti viginti communiter, sæpe plures, raro pauciores. <i>Stamina (non receptaculo) calicis lateri interno adnata.</i>	XII.
<b>POLYANDRIA.</b> à πολλός & ἀνὴρ. Mariti viginti & ultra in eodem cum femina thalamo. <i>Stamina à 15 ad 1000 in eodem, cum pistillo, flore.</i>	XIII.
<b>DIDYNAMIA.</b> à δις, bis, & δύναμις potentia. Mariti quatuor, quorum 2 longiores, & 2 breviores. <i>Stamina quatuor, quorum 2 proxima longiora sunt.</i>	XIV.
<b>TETRADYNAMIA.</b> Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito. <i>Stamina sex, quorum 4 longiora, 2 autem opposita breviora.</i>	XV.
<b>MONADELPHIA.</b> à μόνος unicus, & ἀδελφός frater. Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt. <i>Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.</i>	XVI.
<b>DIADELPHIA.</b> Mariti è duplici basi, tamquam è duplici matre, oriuntur. <i>Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.</i>	XVII.
<b>POLYADELPHIA.</b> Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt. <i>Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.</i>	XVIII.
<b>SYNGENESIA.</b> à σύν simul, & γένεσις generatio. Mariti cum genitalibus foedus constituerunt. <i>Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.</i>	XIX.
<b>GYNANDRIA.</b> à γυνή femina, & ἀνὴρ maritus. Mariti cum feminis monstruose connati. <i>Stamina pistillis (non receptaculo) insident.</i>	XX.
<b>MONOECIA.</b> à μόνος unicus, & οἶκος domus. Mares habitant cum fem. in eadem domo, sed diverso thalamo. <i>Flores masculini &amp; feminini in eadem planta sunt.</i>	XXI.
<b>DIOECIA.</b> Mares & feminae habitant in diversis thalamis & domiciliis. <i>Flores masculini in diversa planta, à femininis nascuntur.</i>	XXII.
<b>POLYGAMIA.</b> à πολλός, & γάμος Nuptiæ. Mariti cum uxoribus & innuptis cohabitant in distinctis thal. <i>Flores Hermaphrodit. &amp; masculini l. femin. in eadem specie.</i>	XXIII.
<b>CRYPTOGAMIA.</b> à κρυπτός occultus, & γάμος Nuptiæ. Nuptiæ clam celebrantur. <i>Florent intra fructum, vel parvitate oculos nostros subterfugunt.</i>	XXIV.

ORDINES à Feminis seu pistillis, ut classēs à Maribus seu staminibus, desumuntur; in Classi Syngenesiæ autem à cæteris parum differunt Ordines. c. gr.

**MONOGYNIA,** Digynia, Trigynia, Tetragynia &c. à γυνή femina, præpositis numeris græcis μόνος, δις, τρεῖς, τέσσαρες. &c.

i. e. Pistillum 1. 2. 3. 4. &c. Numerus hic pistilli desumitur à Basi styli; si stylus autem deficiat, à numero Stigmatum calculus fit.

**MONOGAMIA** constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. multis stoculis staminibus & pistillis instructis. Flores ejusmodi maximam partem vulgò Compositi dicuntur.

**POLYGAMIA** ubi thalami vere nuptorum discum occupant, & ambitum cingunt thalami meretricum maritis destitutarum, ut a maritis uxoris fecundentur.

i. e.; ubi stoculi Hermaphroditi discum occupant, & marginem cingunt stoculi feminini, staminibus destituti, idque triplici modo:

α. **SUPERFLUA** dicitur, cum feminae maritatae fertiles sunt, ac familiam propagare queunt; adeo ut meretricum auxilium videatur superfluum.

i. e. cum flores disci Hermaphroditi stigmatate instruuntur & semina proferunt, flores quoque feminini radium constituentes similiter semina ferunt.

β. **FRUSTRANEA** dicitur, cum feminae maritatae fertiles sunt & speciem propagare queunt; Meretrices autem ob defectum vulvæ, veluti castrate, impregnari nequeunt.

i. e. cum flores disci Hermaphroditi stigmatate instruuntur & semina proferunt, stoculi verò radium constituentes, quum stigmatate careant, semina proferre nequeunt.

γ. **NECESSARIA** dicitur, cum feminae maritatae, ob genitalium labem & vulvæ defectum steriles, familiam propagare nequeunt; meretricibus autem à maritis seminarum fecundatis, uxorum locum suppleti-  
bus, sobolemque late propagantibus.

i. e. cum flores Hermaphroditi ob defectum stigmatate pistilli, semina perficere nequeunt; floribus autem femininis in radio semina perfecta proferentibus.





# REGNUM VEGETABILE.

N.	O.	P.	Q.	T.	U.	V.	Y.
POLYANDRIA.	DIDYNAMIA.	TETRADYNAM.	MONADELPH.	SYNGENESIA.	GYNANDRIA.	MONOECIA.	POLYGAMIA.
<i>St. multa recept. adnata.</i>	<i>Stam. 4, quor. 2 longiora.</i>	<i>Stam. 6, quor. 4 longiora.</i>	<i>St. Filam. coal. in 1 corp.</i>	<i>St. Anthera coalita.</i>	<i>Stamina Pistillo adnata.</i>	<i>Plantae Androgynae.</i>	<i>Species Hybridæ.</i>
<b>MONOGYNIA.</b> α. CALICE CADUCO. Acaea Christophoriana T. Podophyllum Anapodophyl. T. Cochorus. Sanguinaria D. * Chelidonium T. Glancium T. Papaver T. Argemone T. Sarracena T. Colophyllum M. Tilia. β. CALICE PERSISTENTE. Peganum. tharmala. Nymphaea. Luncomypha B. Michelia. † Samstravadi HM. Anacampteros. Telephastr. D. Cistus. Heliathemum T. Caryophyllus. Car. arom. T. Thea * †. Melia †. Balatta HM. Capparis. Plinia Pl. * γ. CALICE TABESCENTE. Euphorbium L. 3. Cereus. Opuntia T. Tuna D. Cactus. Adlocastus T. §. N. 3. Delphinium.	<b>GYMNOSPERMIA.</b> i. e. Semibus Pericarpio nudis. α. PETALI LAB. SUP. NULLO. Bulga. Bugula T. Polium. Teucrium. Trifago. Chamapiry T. β. PETALI LAB. SUP. ERECTO. Origanum T. Nasturium T. Thymus T. Satureja T. Serpillum T. Thymra T. Lavandula. Stochas. Hyfopus. Clinopodium. Marrubium. Betonica. Glechoma. Calamintha T. Chamaelea B. Ruyfchia. Rui. chiana B. Ocimum. γ. PETALI LAB. SUP. CONCAVO. Mentha. Nasturium Rp. Pulegium Riv. Moldavica. Volkameria Hs. Stachys. Galeopsis. Ladanum D. Tetrabis. D. Lamium. Molucca. Cardiaca. Galeobdolon D. Leonurus. δ. PETALI LAB. SUP. GALEATO Dracocephalon. Scutellaria Rv. Caffida T. Brunella. Phlomis.	<b>FRUCTU SILICULOSO.</b> α. PERICARPIO UNILOCULARI. Ifatis. Crambe. Cakile. Myagrur. Bunias. Rapistrum T. β. PERIC. BILOC. DISSEP. OPPOSITO. Thlapi T. Bursa pastoris T. Iberis D. Bifcutella. Telalpidium T. Nasturium. Iberis Rp. Coronopus H. Rp. Lepidium. Armeria Rp. Cochlearia. Subularia Rj. Juncifolia Rj. γ. PERIC. BILOC. DISSEP. PARALL. Alyfium. Draba D. Lunaria T. Bulbenac. Rp.	<b>PENTANDRIA.</b> Hermannia. Melochia D. * Xerax. Amarantoides T. <b>DECANDRIA.</b> Azedarach. Geranium X: r. Grimalis. <b>POLYANDRIA.</b> Malva. Alcea T. Abutilon T. Malope †. Lavatera. A. Goffypium. Xylon T. Alcea. Malva rofca. Althaa †. Urena *. Trionum. Eammia Rv. Ibifcus. Kermita T. Camellia * †. Fabaki Kp. Sida. Albaader. Mg. Fevilia. Inga Pl.	<b>MONOGAMIA.</b> α. FLORE SIMPLICI. Dortmanna Rd. Ropantium T. Cardin. Rv. Laurentia M. Jafione †. Rapunculus scab. cap. β. SEMIFLOECULOSI T. Lampfana. Cichorium. Catanance. Zacintha. Taraxacum. Dens Leonis T. Pifoffella. Hieracium. Sonchus. Chondrilla. Pieris †. Lactuca. Scorzocera. Tragopogon. γ. FLOECULOSI T. Chryfocome. Linafytis Mg. Eupatorium. Spherocephalus. Echinosus T. Santolina. Vebeffina. Bidens T. Pn. Forficina Pn. Carlina. Xeranthemum T. Stabe Rv. Serratula D. Carthamus. Carduus. Cinara. Arctium. Lappa T. Cnicus. Petafites. Klenia †. An Tithymaloides B. δ. RADIO PETAL. DESTITUTO. Artemiffa. Abfinthium. Abrotanum. Filago. Ananthocycus V. Tanacetum T. Baccharis D. Senecio. ε. RADIATI T. CALICE SEMIFLOECULOSO. Achillea. Adlefolium T. Pfermica T. Anthemis. Chamamelum T. Bupthalmum. Maticaria. Bellis. Leucanthemum. Chryfanthemum. Cotula. ζ. RADIATI T. CALICE VENTRICOSO. Calendula. Calitha T. Dimorphotheca V. Tuffilago. Doronicum. Arnica Rp. Solidago. Doria D. Virga aurea T. Jacobaea. Affer. Amellus †. Helenium. Enula Camp. Mg. Erigerum. Cenyxides D. Othonna. Tagetes T.	<b>DIANDRIA.</b> Orchis. Satyrium Rv. Palmata Rv. Satyrium. Orchifides. Trew. Neottia. Corallorhiza Rp. Serapias. Helleborus T. Herminium. Monorchis M. Cypripedium. Calceolus Mar. Epidendrum. G. Oreibidi aff. Hr. Ophris. ? Nidus Avis T. <b>TRANDRIA.</b> Bermudiana. <b>TETRANDRIA.</b> Nepenthes †. <b>PENTANDRIA.</b> Aclepias. Vincetoxic. Rp. Bidalfar Kn. Periploca. Stiffaria. Crassa Rv. Palfifora. Granadilla T. Mourouja. T. Clusia B. <b>HEXANDRIA.</b> Aristolochia. <b>DECANDRIA.</b> Helicteres. Plk. Ifera Pl. <b>POLYANDRIA.</b> Grewia †. †. Guidonia B. Arum T. Fragarulus T. Colocasia Rj. Arisarum T. Calla. Anquina Trew. Arifides B. Acorus VI: r. Ruppia * . Bucca ferrea M.	<b>MONAND. TRIAND. IVAND. VAND. POLYAND.</b> Stamina plus quam 7. <b>MONAD. POL. SYNGENESIA.</b> Zannichella M. * . Aponogon. Pn. Najas * . Eluviali V. Cynomorion M. * Thalyfia. Mays T. Sphaerium * . Lactyrus Joli T. Eglops. S. * Ichnemum * . Dactylodes. Carex. Cypripoides T. Serpoides Mg. Carex Rp. Diasperus. Nivari Mr. Ceratophyllum. Dichotoph. D. Myriophyllum Pn. Pentapterophyllum D. Corylus. Ostrya M. Carpinus T. M. Fagus. Castanea * . Quercus. Ilex T. Salar T. Sagittaria Rp. D. Sparganium. Typha. Pinus. Abies. Larix * . Thuja * . Cedrus * . Xanthium. Ricinus. Bryonia. Mormodica. Sicyos. Sicyoides T. Tannus. Luffia Arab. Anguria. Colocynthis. Cucumis. Melo. Pepo. Cucurbita. Anguria M. <b>X. DIOECIA.</b> <i>Pl. Mares &amp; Femine.</i> Salix. Phoenix * . Palma. Olyris. Cafa T. Morus. Hippophac * . Rhamnoides T. Myrica. Gale A. Urtica. V. 4. §. V: r. Rham. Cervi Spina D. Lentifcus. Toxicodendron. Humulus. Lupulus T. Cannabis. X. 10. Spinacia. Smilax. §. VI: 3. Rum. Acetofa. Populus. Laurus. Mercurialis. Hydrocharis. Morfus rana D. Saffiras †. Nyfia †. G. Tupo Catb. §. X: 3. Cucub. Lycobis. §. X: 5. Cann. Cannabina T. Papaya T. * Aruncus. Barba Capra T. Kiggelaria †. Arb. Jlicu folio B. Juniperus T. Sabina Rp. Taxus * . Rufcus * .	<b>MONOECIA.</b> Veratrum. VI: 3 Valantia A. * . IV: 1 Holcus †. III: 2 Sorgum M. III: 2 Schoenanthum M. III: 2 Halimur * Mg. X: 2 Atriplex. V: 2 Panicaria. IV: 1 §. IV: r. Poterium N: 2 <b>DIOECIA.</b> Fraxinus T. Pn. II: 1 Orcus Pn. II: 1 Elichryfium. T: M. §. X. 5. Sedum. Rhodia. <b>TRIOECIA.</b> Empetrum. III: 1 <b>Z. CRYPTOGAMIA.</b> <i>Flores absconditi.</i> Ficus. III: 1 Caprificus Pn. Ermojca Pn. Equifetum. Ophiogloffum T. Lunaria Rp. Pteris. Thilypteria D. Polypodium. Lonchitis. Hemionitis T. Lingua Cervina T. Adiantum. Trichomanes. Acrofticum †. Mutaria. Lycopodium D. Selaginoides Rj. Selago D. Lycopodioides Rj. Fontinalis D. Sphagnum D. Mnium D. Mufoides V. Hypnum D. Bryum D. Polytrichum D. Jungermannia. Hepatica M. Lichenaffrum D. Marchantia. Lichen D. Marffica. Lunaria M. Lichen. Lichenoides D. Fucus. Ulva Rj. Hydrophace Bx. Lemna. Lenticularia M. Lenticularia M. Chara Rj. Hippuris D. Conferva Rj. <b>ALGÆ.</b> Agaricus D. Boletus D. Hydna. Erinaceus D. Merullus B. Morchella D. Eivela. Fungoides D. Peziza D. Cyathoides M. Coniplea. Lycoperdon T. Lycoperdaffrum M. Geffer M. Carbolus M. Byffus Rj. Noftoc V. <b>FUNGI.</b> Spongia. Badiaga Bx. Ifis. Xyrtophyton B. Tubipora. Tubularia T. Cellipora †. Millepora. Madrepora. Retipora. Corallium. Acetabulum. Eichara. <b>LITHOPHYTA.</b>



# OBSERVATIONES IN REGNUM VEGETABILE.

1. Omnem Plantam Fructificatione gaudere, docet in majoribus nuda autopsia; in minoribus, Filicibus nempe, Muscis, Algis & Fungis oculus armatus, ut testantur Clariss. Michellii, aliorumque observationes; nec ullam unquam Plantarum speciem Fructificatione carere posse, patet consideranti analogiam, usum, finem, structuram, creationem harum. Reliquæ autem Plantarum partes in multis deficiunt, ut Radix, Caulis, Folia, Fulcra; & tamen Vegetabilia sunt; uti Viscus, Lemna, Cuscuta, Tulipa.
  2. Fundamentum Botanices consistit in Plantarum Divisione & Denominatione Systematica, Generica, & Specifica.
  3. Botanicis paucissimis debetur nitor & certitudo Scientiæ, idque præcipue Auctoribus Systematicis, quorum exempla sequendo debemus continuare, excolere, ac perficere Divisionem Plantarum Systematicam (2).
  4. Systematica Divisio Plantarum (3), pro basi assumere debet partem harum primariam; ergo Fructificationem (1), quam unicum esse Botanices fundamentum Systematicum confirmat Natura; adeoque pro absoluto fundamento demonstrari potest. Hinc recepta fuit à summis Systematicis, Botanices Fulcris & Conditoribus: *Casalpino, Morifono, Hermanno, Boerhaavio, Rajo, Sloaneo, Rivino, Knautius, Ruppio, Tournefortio, Plumiero, Feuilleo, Dillenio, Buxbaumio, Michelio, Magnolio, Vaillantio, Scheuchzero*: & vix ab ullo Methodico, nostro imprimis tempore, negari potest, nisi forte à solo *Heistero*.
  5. FRUCTIFICATIONIS Partes Universales duæ, Flos scilicet & Fructus: Particulares vero septem sunt, cum suis speciebus:
    - I. FLOS. 1. Calix Spec. 6. Perianthium, Involucrum, Amentum, Spatha, Gluma, Calyptra.
    2. Corolla Spec. 2. Petalum, Nectarium.
    3. Stamina Part. 2. Filamentum, Anthera (Apex vulgo).
    4. Pistilla Part. 2. Stylus, Stigma (Summitas).
  - II. FRUCTUS. 5. Pericarpium Sp. 9. Capsula, Conceptaculum, Siliqua, Legumen, Nux, Drupa, Pomum, Bacca, Strobilus.
  6. Semina Part. 3. Seminulum, Corona, Floccus.
  7. Receptaculum Sp. 3. Floris, Fructus, Fructificationis.
6. Essentia Plantarum consistit in Fructificatione (1); Fructificationis in Flore & Fructu (5: I. II.); Fructus in Semine (5: 6.) Floris in Stamine (5: 3.) & Pistillo (5: 4.); Staminis in Anthera; Pistilli in Stigmate.
  7. Fructum omnem antecedit Flos; Floris essentia consistit in Anthera & Stigmate (6), unde Methodum meam desumsi, cujus itaque robur à priori patet ex jam dictis (1-7).
  8. Antheras & Stigmata (7) constituere Sexum Plantarum, à *Grewio, Rajo, Camerario, Morlando, Vaillantio, Blairio, Jussieo, Bradleyo, Royeno*, &c. detectum, descriptum & pro infallibili assumtum: nec ullum, apertis oculis considerantem cujuscunque plantæ Flores, latere potest: licet hic ob angustiam loci explicari nequeat. Negaturque nostro tempore vix ab ullo alio, nisi à solo *Pontedera*.
  9. Antheræ sunt organa genitalia MASCULINA, quæ cum Farinam suam genitalem Stigmati, genitalem FEMININO, inspergunt, fit *Fecundatio*; quam probant Observationes, Experimenta, Analogia, Anatomia, Antecedentia, Consequentia, Usus.
  10. Flores itaque (9) qui Antheras habent, *Masculini*; qui Stigmata, *Feminini*; qui utraque simul, *Hermaphroditi* dicuntur.
  11. Planta quæ Floribus Masculinis gaudet, *Mas*; quæ Femininis, *Femina*; quæ utrisque, *Androgyna*; quæ Hermaphroditis, *Hermaphrodita*; quæque Hermaphroditis & simul Masculinis vel Femininis, *Hybrida* dicitur.
  12. Nullum Systema Plantarum Naturale, licet unum vel alterum propius accedat, adhucdum constructum est; nec ego heic Systema quoddam Naturale contendo (forte alia vice ejus Fragmenta exhibebo); neque Naturale construi potuit, antequam omnia, ad nostrum Systema pertinentia, notissima sint. Interim tamen Systemata artificialia, defectu Naturalis, omnino necessaria sunt.
  13. Nulla Methodus Botanica, à Fructificatione Systematice desumpta, adhuc constructa est, quæ non maximam præbuit utilitatem; nec nocuit ulla unquam, nisi quatenus ex assumtis principiis genera naturalia contra naturam dilaceravit, quod Nos scientes volentesve non commisimus.
  14. Genus omne est naturale, in ipso primordio tale creatum: hinc pro lubitu & secundum cujuscunque theoriam non proterve discindendum, vel conglutinandum est.
  15. Nomina Generica male constructa, quæque confusionem pariunt, Synonymis Veterum melioribus (paucis novis à me confectis) insignivi. Multa tamen adhuc minus congrua restant.
  16. Nominum receptissimorum permutationem, maximam parere difficultatem, exercitatis diu in arte Viris, in confesso est: hinc non mutari deberent, si multitudo errantium errori pareret patrocinium. Neque auctor sum, ut ad mentem meam, seniores Botanici mutant nomina. Veniat tandem ferus dies, quo nova & nostris accuratior Gens, per ordinem successionis ætatum, surgat, quam spondeo meam consideraturam fore theoriam, nominaque illa sæpius absurda, præcipue specifica expungat, de quibus in *Fundamentis* meis *Botanicis* Amstelodami nuper editis plura dixi.
  17. Methodum meam difficultatem parere nimiam, hariolorum Botanicos jam dicere, ad examinandas nempe partes has minimas Floris, vix nudis oculis conspicuas. *Respondeo*: quod si Microscopium, instrumentum maxime necessarium, quivis Curiosus secum habeat, quid plus opus? Ego tamen examinavi hos omnes Plantarum Flores nudo oculo, absque omni Microscopiorum usu. Ultima tamen Classis videtur à Creatore veluti exclusa à theoria Staminum, adeoque secundum numerum non descripti. Negat enim Natura conjunctionem harum secundum Stamina; videtis Cl. *Michellii* opera.
  18. Ne ordines nimis longi, adeoque difficiliores evaderent, eos subdivisionibus auxiliaribus à Fructificatione dispescui. Inter hos notabilis maxime est *Pentandria Monogynia*, ubi plantæ *Umbellatæ* recensentur, quas secundum methodum à Cl. *Artedio* in *Umbelliferis* excogitatam disposui. Fundamentum has distinguendi desumit ab involucre seu calice *Umbellæ*: *Umbellasque* omnes in tres ordines dispescit: 1<sup>m</sup>. continet plantas *Umbellatas*, quæ involucre omni carent. 2<sup>d</sup>. quæ involucre ad *Umbellas* tantum particulares gaudent. 3<sup>t</sup>. quæ involucre ad *Umbellas* universales & particulares instruuntur. Quæ Methodus in hac familia reliquis palmam præripit.
  19. *Vires Vegetabilium* à Botanico, qua talis, dijudicantur secundum theoriam Artis vel Sensuum; hinc, qui utriusque signa intelligit, ille verè scit vires plantarum. Plantæ quæcunque Classe Naturali, adhuc magis Ordine N. sed maxime Genere N. conveniunt, etiam viribus propius accedunt. ex. gr.
 

TRIANDRIA, *Digynia*. α. β. folia armentis & jumentis læta pascua; semina minora avibus, majora hominibus vulgatissima sunt esculenta.

TETRANDRIA, *Monogynia* β. Stellatæ Rj. Adstringentes sunt, diuretice vulgo dicuntur.

PENTANDRIA, *Monogynia* β. Asperifoliæ Rj. Adstringentes, glutinosæ & vulnerariæ sunt. ---- x. *Monopetale Baccifera*, maximam partem venenatæ sunt.

..... *Digynia* γ. δ. ε. ζ. *Umbellatæ* T. in ficcis locis aromaticæ, calefacientes, resolventes & carminativæ: in humidis autem venenatæ sunt; Radice & Seminibus pollent.

ICOSANDRIA *Baccifera*, *Drupifera* vel *Pomifera*; omnis hic fructus cum oblectamento edatur. POLYANDRIA autem omnis probe distinguenda, quæ sæpius venenata est.

DIDYNAMIA *Gymnospermia* odorata, cephalica & resolvens est: Folia virtute pollent. TETRADYNAMIA omnis antiscorbutica & diuretica est: ex-ficatione amittit vires.

DIADELPHIA folia Pecoribus; semina Quadrupedibus (non feris) esculenta & flatulenta sunt. MONADELPHIA mucilaginosæ & emolliens est.

SYNGENESIA amaras continet & stomachicas. GYNANDRIA autem aphrodisiacas. CRYPTOGAMIA vegetabilia sæpe suspecta includit.

Sensus externi sunt examinatores Diætetici omnis cibi ingerendi, quibus Bona à malis distinguuntur, à Creatore omni animali pro diversitate naturæ, diversi concessi.

SAPIDA. *Dulcia* nutriunt; *Pinguia* emolliunt; *Salsa* stimulant; *Acida* refrigerant; *Austera* adstringunt; *Amara* alcalina, *Acrida* corrosiva, *Nauseosa* venenata sunt.

ODORATA. *Suarvia* salutaria, *Suarvissima* cardiaca, *Aromatica* resolventia, *Hircina* aphrodisiaca, *Ingrata* suspecta, *Nauseosa* venenata alunt.

COLOR *ruber* ubicunque acidum indicat, *luridus* & *Aspectus* totius plantæ *tristis* suspectas reddit plantas.
  20. *Ranunculi* nota essentialis consistit in petalis ad unguis interius excavatis pro melle; reliquæ partes Fructificationis omnes ludunt, idque patet consideranti.

# OBSERVATIONES

IN

## REGNA III. NATURÆ.

1. Si opera Dei intueamur, omnibus satis superque patet, viventia singula ex ovo propagari, omneque ovum producere sobolem parenti simillimam. Hinc nullæ species novæ hodiernum producantur.
2. Ex generatione multiplicantur individua. Hinc major hocce tempore numerus individuorum in unaquaque specie, quam erat primitus.
3. Si hanc individuorum multiplicationem in unaquaque specie retrograde numeremus, modo quo multiplicavimus (2) prorsus simili, series tandem in *unico parente* desinet, seu parens illo ex unico Hermaphrodito (uti communiter in Plantis) seu e duplici, Mare scilicet & Femina (ut in Animalibus plerisque) constet.
4. Quum nullæ dantur novæ species (1); cum simile semper parit sui simile (2); cum unitas in omni specie ordinem ducit (3), necesse est, ut unitatem illam progeneratricem, Enti cuidam Omnipotenti & Omniscio attribuamus, *Deo* nempe, cujus opus *Creatio* audit. Confirmant hæc mechanismus, leges, principia, constitutiones & sensationes in omni individuo vivente.
5. Individua sic progenita, in prima & tenerrima ætate, omni prorsus notitia carent, ac omnia sensuum externorum ope ediscere coguntur. Ex *Tactu* consistentiam objectorum primario ediscunt; *Gustu* particulas fluidas; *Odoratu* volatiles; *Auditu* corporum remotorum tremorem; & demum *Visu* corporum lucidorum figuram; qui ultimus sensus, præ ceteris, maxima voluptate animalia afficit.
6. Si universa intueamur, Tria objecta in conspectum veniunt, uti  $\alpha$ ) remotissima illa corpora *Cælestia*;  $\beta$ ) *Elementa* ubique obvolitantia;  $\gamma$ ) fixa illa corpora *Naturalia*.
7. In Tellure nostra, ex tribus prædictis (6), duo tantum obvia sunt; *Elementa* nempe, quæ constituunt; & *Naturalia* illa ex elementis constructa, licet modo, præter creationem & leges generationis, inexplicabili.
8. Naturalia (7) magis sub sensus (5) cadunt quam reliqua omnia (6), sensibusque nostris ubivis obvia sunt. Quæro itaque quamobrem Creator hominem, ejusmodi sensibus (5) & intellectu præditum, in globum terraqueum locaverit, ubi nihil in sensus incurrebat præter Naturalia, tam admirando & stupendo mechanismo constructa? ane ob aliam causam, quam ut Observator Artificem ex opere pulcherrimo admiraretur & collaudaret?
9. Omnia, quæ in usus hominum cedunt, ex Naturalibus hisce cuncta desumuntur; hinc œconomia mineralis seu Metallurgia; vegetabilis seu Agricultura & Horticultura; Animalis seu Res pecuaria, Venatus, Piscatura. Verbo; fundamentum est omnis Oeconomiae, Opificiorum, Commerciorum, Diætæ, Medicinæ &c. Ex iis homines in statu sano conservantur, a morbo præservantur, & ab ægroto restituntur, ita ut delectus horum summe necessarius sit. Hinc (8. 9.) necessitas Scientiæ naturalis per se patet.
10. Primus est gradus sapientiæ res ipsas nosse; quæ notitia consistit in vera idæa objectorum; objecta distinguuntur & noscuntur ex methodica illorum divisione & convenienti denominatione; adeoque Divisio & Denominatio fundamentum nostræ Scientiæ erit.
11. Qui in Scientia nostra Variationes ad Species proprias, Species ad Genera naturalia, Genera ad familias referre nesciunt, & tamen Scientiæ hujus Doctores sese jactitant, fallunt & falluntur. Omnes enim, qui naturalem vere condiderunt Scientiam, hæc tenere debuerunt.
12. Naturalista (Historicus Naturalis) audit, qui partes Corporum Naturalium visu (5) bene distinguit, & omnes has, secundum trinam differentiam, recte describit nominatque. Estque talis Lithologus, Phytologus vel Zoologus.
13. Scientia Naturalis est divisio ac denominatio illa (10) corporum Naturalium, ab ejusmodi Naturalista (12) judicio instituta.
14. Corpora Naturalia in *Tria Naturæ Regna* dividuntur: Lapideum nempe, Vegetabile & Animale.
15. *Lapides* crescunt. *Vegetabilia* crescunt & vivunt. *Animalia* crescunt, vivunt & sentiunt. Hinc limites inter hæcce Regna constituta sunt.
16. In hac Scientia describenda & illustranda plurimi omni sua ætate laborarunt; quantum vero jamjam observatum & quantum adhuc restat, curiosus Lustrator facile ipse inveniat.
17. Exhibui heic Conspectum generale Systematis corporum Naturalium, ut Curiosus Lector ope Tabulæ hujus Geographicæ quasi, sciat, quo iter suum in amplissimis his Regnis dirigat, plures namque Descriptiones addere spatium, tempus, & occasio retardarunt.
18. Methodo nova, maximam partem propriis autopticis observationibus fundata, in singulis partibus usus fui, probe enim didici paucissimis, observationes quod attinet, facile credendum esse.
19. Si Curiosus Lector fructum aliquem hinc percipiat, illum Celebratissimo in Belgio Botanico D. D. JOH. FRED. GRONOVIO, nec non Dno. ISAC. LAWSON, Doctissimo Scoto, tribuat; Illi enim Auctores mihi fuerunt ut brevissimas hæcce tabulas & observationes cum Erudito Orbe communicarem.
20. Si comperiar hæcce Illustri & Curioso Lectori grata fore, propediem plura, specialiora & magis limata, Botanica imprimis, a me expectabit.





# C A R O L I L I N N Æ I

**I. PETRÆ** sunt Lapides SIMPLICES, qui Metallurgis dicuntur *Bergarter*.  
constant particulis tantummodo similaribus.

**II. MINERÆ** sunt Lapides COMPOSITI  
constant Petrá particulis

Ordines	Nom. generic.	Characteres generici.	Differentiæ specificæ Auctoris.	Synonyma.	Nom. Svecica.
I. APYRI in igne docimafico vix destrucibiles.	Afbestus.	Constat <i>Fibr. papposis intertextis.</i>	Af bestus natans, folido-flexilis. A natans fibroso-coriaceus. A ponderosus fissilis.	<i>Suber montanum.</i> <i>Aluta montana.</i> <i>Caro fossilis.</i>	Regtort. Pergläder. Berglöd.
	Amiantus.	<i>Fibris parallelis.</i>	A fibris capillaceis flexilibus tenacibus. A fibris capillaceis flexilibus fragilibus. A fibris setosis rigidis. A fibris angulosis rigidis.	<i>Linum incombustibile.</i> <i>Alumen plumos. offic.</i> <i>Amiantus immaturus.</i> <i>Pseudo-amiantus.</i>	Berglin. Bergstun. Gallfinae. Omogen Amiant.
	Ollaris.	<i>Fibris sparsis.</i>	O fibris acerosis friabilibus. O fibris acerosis rigidis. O fibris e centro radiatis. O fibris fasciculatim inflexis.	<i>Lebetum Lapis.</i> <i>Acerosus Lapis.</i> <i>Radians Lapis.</i> <i>Torosus Lapis.</i>	Zälgsten. Eädslog. Etiernslag. Föls.
	Talcum.	<i>Membranis carnosis, inaequalis superficies.</i>	T durum crassum, cortice nitido. T durum coriaceum. T friabile molliusculum. T friabile fragile membranaceum.	<i>Corneus Lapis.</i> <i>Tunicatus Lapis.</i> <i>Talcum offic.</i> <i>Talcum aureum.</i>	Hornsten. Etimslag. Hwit Zalf. Guld-zalf.
	Mica.	<i>Membranis squamosis, equalis superficies.</i>	M particulis impalpabilibus. M particulis squamosis. M particulis membranaceis fissilibus. M particulis squamosis & membr. mixtis. M particulis prismaticis immixtis.	<i>Sterile nigrum.</i> <i>Mica vulgaris.</i> <i>Vitrum Moscoviticum.</i>	Etimmer. Kattguld. Binda.
2. CALCARIÆ igne docimafico usi & Aquâ rigati, in farinam reducuntur.	Schistus.	<i>Fragmentis fissilibus.</i>	S cinereus. S nigricans friabilis. S niger duriusculus. S niger durus clangosus.	<i>Fissilis inutilis.</i> <i>Fissilis vulgaris.</i> <i>Fissilis Lapis.</i> <i>Ardesia regularis.</i>	grå stiftveien. lös stiftver. Zaf-stiftver. Zaf-stiftver.
	Spatum.	<i>Fragm. rhomboidalibus.</i>	S fissile, lamellis dehiscentibus. S compactum, opacum nitidum. S compactum pellucidum.	<i>Spatum lamellatum.</i> <i>Spatum vulgare.</i> <i>CrySTALLUS Islandica.</i>	Zemingssten.
	Marmor.	<i>Fragmentis incertis.</i>	§. Rudia sunt, quæ polituram vix ullam admittunt. M rude. M rude, venis quartzosis rubris. §. Nitida sunt marmora, quæ polituram assumunt arte. M nitidum album. M nitidum rubrum. M nitidum atrum. M nitidum, coloribus mixtis. M nitidum, coloribus alternis. M nitidum, coloribus picturam referant. M nitidum, coloribus virentibus. M nitidum, maculis nigris. M nitidum coeruleum, maculis albicantibus. §. Fugacia sunt, quæ particulis nitidis interlucentibus gaudent. M fugax opacum. M fugax subdiaphanum.	<i>Calcarius Lapis.</i> <i>Vena hematita.</i> <i>Marmor album.</i> <i>Marmor rubrum.</i> <i>Lydius Lapis.</i> <i>Marm. variegatum.</i> <i>Marm. Polyzonia.</i> <i>Marm. Florentinum.</i> <i>Serpentinus Lapis.</i> <i>Lazulus Lapis.</i> <i>Gypsum.</i> <i>Alabastrum.</i>	Kalksten. Variat infinite. Hwit marmor. Röd marmor. Probersten. Eprätlemarmor. Florentinsten. Ercpentinsten. Isulsten. Gyps. Alabastrer.
3. VITRESCENTES igne docimafico usi in vitrum liquefunt.	Cos.	<i>Fragmentis granularis opacis.</i>	C particulis inæqualibus rigidis. C particulis æqualibus friabilibus. C aquam filtrans.	<i>Arenarius Lapis.</i> <i>Coticula.</i> <i>Filtrum.</i>	Eandsten. Ellipsten.
	Silex.	<i>Fragmentis convexis &amp; concavis subdiaphanis.*</i>	Generis hujus differentias vel variationes reales, licet è colore desumptas, addat, qui potest; Ego non ....	<i>Pyromachus.</i> <i>Calcedonius.</i> <i>Jaspis.</i> <i>Carneolus.</i> <i>Malachites.</i> <i>Turchefta.</i> <i>Sardius.</i> <i>Achates.</i>	Flinta. Calcedon. Jasp. Carneol. Malachit. Turcos. Ead. Agat.
	Quartzum.	<i>Fragmentis angularis acutis pellucidis.</i>	O aqueo-album. O luteum. O rubrum. O purpureum. O coeruleum. O viride. O viridi-coeruleum;	<i>Quartzum.</i> <i>Pseudo-Topazius.</i> <i>Pseudo-Rubinus.</i> <i>Pseudo-Amethystus.</i> <i>Pseudo-Saphirus.</i> <i>Pseudo-Smaragdus.</i> <i>Pseudo-Beryllus.</i>	Kiffel. dessa alle Kallas D-adra eller Omogne åble stenar.
			* Obs. Silicis sub nomine quidam Quartzum, quidam vero Pyromachum, ut veteres intelligunt & nos. A quibusdam ad calcareos, ab aliis autem ad vitrescentes refertur, Nos cum Bromelio huc retulimus.		
3. MERCURIALIA igne fusâ, depurata & nitida evadunt. Igne fusâ dicuntur Metalla.	Nitrum.				in igne seemens, Figura prismatica hexædra, Acidum essential.
	Muria.				in igne crepitans, Figura tessulata hexædra, Alcalino-acidum.
	Alumen.				in igne spumans, metallo destitutum, Figura tessulata octædra, Acidum purum.
	Vitriolum.				in igne spumans, metallo imprægnatum, Figura rhomboidea dodecædra, Acidum purum.
	Electrum.				Fumus odore suavi, colore fusco.
	Bitumen.				Fumus odore tristi, colore atro.
	Pyrites.				Fumus od. acutissimo, col. luteo, sapore salso, princip. acido
Arfenicum.				Fumus od. alliaceo, col. albo, sapore dulci, princip. alcalino.	
3. MERCURIALIA igne fusâ, depurata & nitida evadunt. Igne fusâ dicuntur Metalla.	Hydrargyrum.				in Δ° mox volatile, metallo fluido, ∇F= à 0°.
	Stibium.				in Δ° sensim avolans, metall. fragili, vitro fusco.
	Zincum.				in Δ° flagrans, metall. molli, ∇F= calc. 5 cineribus albis, tenaci. flamma viridi.
	Vismutum.				in Δ° facile liquefcens, metall. tessulato, fragidiusculo.
	Stannum.				in Δ° facile liquefcens, metall. tenaci. vitro albo.
	Plumbum.				in Δ° facile liquefcens, metall. tenaci. vitro flavo.
	Ferrum.				in Δ° difficillime liquefc. met. durissimo, ∇F= 0°. vitro nigro.
Cuprum.				in Δ. difficulter liquefc. met. duro, ∇F= 0°.	
Argentum.				in Δ° commode liquefc. metal. firmo, ∇F= 0°. indestruibile. tenaci, albo.	
Aurum.				in Δ° commode liquefc. metall. firmo, ∇F= 0°. indestruibile, tenaci, luteo. — etiam 0°.	



# OBSERVATIONES

IN

## REGNUM LAPIDEUM.

1. *Primogenitas* Terras tantummodo Glaream & Argillam nominamus, e quibus, Elementorum ope, totum Regnum Lapidum existimamus esse productum. Hinc reliqui Lapidum temporis, a Creatione præterlapfi, progenies sunt.
2. Generatio Lapidum *Simplicium* & *Aggregatorum* per appositionem particularum externam fit; & si hi principio aliquo Minerali, forte salino, in humore quodam soluto, imprægnantur, *Compositi* dicuntur. Hinc generatio in Regno Lapideo nulla ex ovo. Hinc nulla humorum per vasa circulatio, ut in reliquis Naturæ Regnis.
3. *Petram* omnem, vix ullâ exceptâ, e Terris originem ducere extra controversiam est. e. gr. ex Humo vegetabili palustri *Schistus*, e Glarea *Cos*, ex Argilla *Marmor*.
4. Petra cum fuerit imprægnata materiâ aliquâ, respectu ad Simples, peregrinâ, *Minera* dicitur. Petra vel Minera comminuta *Terra* nominatur; sed non vice-versâ. Terra mixta si concresecat *Concretum* dicitur. *Petrificata* sæpius ex Argilla in Calcem mutata oriuntur, paucis tamen exceptis.
5. *Saxa*, Lapidum vulgarissimos, rupium & montium plerorumque bases, in Principio non creata fuisse docent partes illorum constituentes; nec omnes in Diluvio generatos fuisse, confirmat frequens autopsia illorum Saxorum, quæ indies producuntur. Si enim particulae eorum constitutivæ probe examinentur, Arenæ proprietates, in locis adjacentibus vel subjectis obviæ, monstrant.
6. *Quartzum*, e quo originem duxerit, maxime dubitarunt Mineralogi. Hinc summus Mineralogus Excell. HENCKEL: *O Silex! Silex! quis te generavit?* Omne Quartzum esse petram parasiticam docet autopsia; generatur enim in cavo aliorum lapidum & inde excrescit. Ex Aqua itaque in fissuris lapidum retenta, exhalationibus lapideis imprægnata, forte etiam ab aëre adjuncta, in superficie lapidis excrescere incipit, & continuo augetur. Ita generari putamus. In fluido Aqueo primam peractam fuisse generationem docent vegetabilia sæpius inclusa observata.
7. *Nitrum Quartzi* nostrum, seu *CrySTALLUM*, Quartzum esse docent proprietates omnes, exceptâ duritie & figurâ; *figuram* obtinet ipsissimam verissimamque Nitri; sine dubio itaque Nitro aquæ primordiali lapidum admixto adscribenda fit; *duritiem* etiam suam a sale hocce obtinuisse verosimile videtur.
8. *Gemmae* itaque pretiosæ pellucidæ, a Nitro Quartzi, non ut veræ species, sed ut variationes, colore tantum distinctæ differunt. Hinc vanus qui has tanti aestimat; stultus qui in medicina exhibet.
9. *Humus* omnis è vegetabili vel animali destructo oritur. Hinc quotidie augetur, sed longa die etiam in speciem Arenæ transit.
10. *Vitriola* cum duo tantum naturalia observamus, hinc duplices tantum Pyritas & totidem recensemus Ochras, quarum generator est Vitriolum; verum in his contrario modo.
11. *Petrificata* plurium Auctorum recentiorum deliciae & Sirenes, ad tot genera quot species sunt, redacta fuere, eodem profus modo quo Hortulani suas plantas disponunt, qui tot species Tuliparum, Hyacinthorum, Anemonum &c. quot sunt horum variationes, fingunt. Ad septem tamen genera reduci possunt omnia Petrificata, nec plura possibilia sunt, adeoque studii minus fructuosi limites potius coarctari, quam ampliari debent.
12. *Lithophyta* ad Regnum Vegetabile, non autem Lapidum, pertinere, docet figura, structura, generatio & analogia.
13. *Artificiales* lapides omnes merito excludimus, ut *Cerauniam*, *Boracem*, *Armoniacum*, *Vitriola factitia* &c. e. gr. *Vitriolum Plumbi* seu *Saccharum Saturni*, per consequens *Ochram plumbi* seu *Cerussam*, &c.
14. *Apyros* dixi illos lapides, qui diutissime vi ignis resistunt & conficiendis instrumentis Chemicis maxime idonei sunt. Nihil tamen in tota rerum natura, ne Argentum quidem & Aurum ignis summi, speculo caustico producti, vehementiam eludere potest.



# OBSERVATIONES IN REGNUM ANIMALE.

1. Zoologia, pars illa Historiæ Naturalis Nobilissima, longe minus exculta est, quam duæ reliquæ ejus partes. Si tamen vel motum, vel mechanismum, vel sensus externos internosque, vel denique figuram Animalium, cæteris præstantiorem, respiciamus, omnibus in aprico erit, Animalia esse summa & perfectissima Creatoris opera.
2. Si Zoologias Auctorum sub examen revocemus, maximam partem nihil nisi narrationes fabulosas, diffusum scribendi modum, Chalcographorum Icones & Descriptiones imperfectas, ac sæpe nimis extensas, inveniamus. Paucissimi vero sunt, qui Zoologiam in Genera & Species secundum leges Systematicas redigere tentarunt, si Nobiliss. *Willughbejum* & Clariss. *Rajum* excipiamus.
3. Hinc Observationibus, quas unquam propria autopsia obtinere potuerim adjutus, Systema quoddam Zoologiæ conscribere coepi, quod heic Tibi sisto Illustris Lector. In *Tetrapodologia* Ordines Animalium à Dentibus; in *Ornithologia* à figura Rostri; In *Entomologia* ab Antennis & Alis &c. inprimis desumfi.
4. In *Ichthyologia* nullam ipse elaboravi Methodum, verum Suam nobiscum communicavit summus nostri temporis Ichthyologus Cl. D. *Petr. Artedi, Suecus*, qui in distinguendis Generibus Piscium Naturalibus, & Specierum differentiis parem sui vix habuit. Hanc Curioso Lectori jam sisto, ut ideam totius operis heic videat. Plura Ill. Lect. brevi ab Eodem expectabit, *Institutiones nempe totius Ichthyologiæ*.
5. Sunt qui putent *Zoologiam* minus *utilem* esse, quam reliquas Historiæ Naturalis partes, inprimis ad minutissima Animalcula quod attinet; sed si hucusque notissimorum tantummodo Insectorum Noxam, Utilitatem & Proprietates consideremus, facile apparebit, quantam utilitatem, eamque magni momenti futuram, affunderent *idiotæ* eorum, quæ nondum probe cognita nobis sunt.
6. *Noxa* (5) Insectorum ex sequentibus satis superque patet: ex gr. *Blatta* in Finlandia Russiaque & panes, & omnis generis vestimenta consumit, ita ut Incolæ intensissima hieme domicilia sua ad tempus relinquere coacti sint, usque dum frigore pereat. *Oestrum Lapponicum* tertiam circiter partem Cervorum Rangiferorum seu pecudum Lapponicarum, dum adhuc juvenes existunt, destruit. *Teredo Navium* quantum detrimentum navibus & palis attulerit, omnibus in confesso est. *Culices* quanta molestia homines & pecudes in provinciis Lapponiæ finitimis afficiant, dicere vix possum. *Grylli domestici*, notissimi illi murorum incolæ, quam molestum stridorem edant, & quam multas infomes noctes dormituris creent, res notissima est. *Muscas domesticas*, in Finmarkia Norvegica, totas domos implevisse & nihil intactum reliquisse, ipse in itinere Lapponico vidi. *Pulices* Mulieribus, *Pediculi* Nautis & Militibus quantum laborem & molestiam multis in locis facefcant, nulli non constat. Imo Quadrupedia quoque, Aves &c. propriis *pediculis* molestantur. *Acari* Insectorum minima animalcula, ipsa exanthemata corporis humani sæpissime causant. Quanto agmine *Locustæ Africanæ* paucis abhinc annis in quibusdam Europæ locis vegetabilia devastarint, & quanta strage *Eruce papilionum* quotannis arborum folia exedant, notissimum est. *Gyrinus terrestris* Nostr. quomodo Plantarum Embryones tenellos primo vere destruat, Hortulani optime noscunt. *Dermestes* pretiosissimas pelles Quadrupedum & Avium miro modo dilacerat. *Oestrum Bovinum* molestia maxima defatigatos boves æstivo tempore afficit. Quam multos homines *Aranei* & *Scorpii* necarint, & *Tarantula* insaniâ affecerint, observationes Medicorum testantur, ut sexcenta ejusmodi præteream.
7. *Ufus* (5) vero Insectorum maximos in arte Tinctoria præbent *Coccionella*, *Kermes*, *Gallæ* ab Ichneumonibus productæ. *Cantharidum* usus in Chirurgia, *Meloës* in Medicina, *Bombycum* in arte Textoria, mellis *Apum* in Oeconomia &c. notissimus est.
8. *Proprietates* (5) Insectorum qui considerare velit curiosus Scrutator, vix ullibi majori afficiatur voluptate. Examina modo: Rostrum *Curculionis*, Cornua *Lucani*, Antennas *Tragoceri*, Articulos *Meloës*, Alas *Forficulae*, Plumas *Papilionis*, Oculos *Tabani*, Ventriculum *Ricini*, Aculeum *Crabronis*, Colorem *Cantharidis*, Elasticitatem *Notopeda*, Stridorem *Grylli*, Odorem *Cimicis*, Exilitatem *Acari*, Coitum *Libellulae*, Nidum *Ichneumonis*, Favos *Apum*, Hibernaculum *Oestri*, Aedificium *Vespa*, Testam *Eremitæ*, Vitam *Ephemeræ*, Acervum *Formicæ*, Foveam *Formicæ-Leonis*, Telam *Aranei*, Natatum *Monoculi*, Cursum *Gyrini aqv.* Phosphorum *Lampyridis*, Scintillas *Scolopendræ*, Renovationem *Cancris*, Motum Spiralem *Eruce ex Musca caerulea provenientis*, Vitam fere indestructibilem *Eruce aquaticæ Tabani*, & Metamorphoses sic dictas fere omnium *Insectorum*.
9. Ova plurimorum Insectorum triplici Integumento obducuntur; abscedente Integumento Primo appellatur *Eruca*, Secundo *Propolis*, & Tertio tandem *Insectum* perfectum; hinc in ejusmodi ovis triplex exclusio Pulli.
10. In Tubo Intestinali Hominum tres Species animalium occurrunt, Lumbrici nempe, *Ascarides*, & *Tæniæ*. Quod *Lumbricus* intestinorum una eademque sit species cum Lumbrico terrestri vulgarissimo, monstrat figura omnium partium. Quod *Ascarides* iidem sint cum Lumbricis illis minutissimis, in locis palustribus ubique obviis, ex autopsia clarissime patet. *Tænia* hucusque pro specie parasitica habita est, quum in Hominibus, Canibus, Piscibus &c. frequentissime solitaria reperta fuerit, & maximum negotium illis facefcant, qui in indaganda Generatione Animalium diligentem operam contulerunt. Ego vero in itinere Reuterholmiano-Dalekarlico Ann. 1734. constitutus in præsentia Septem Sociorum meorum hanc inter Ochram acidularem Jærnensem inveni, quod maxime miratus sum; quum aqua acidulari ejusmodi *Tæniæ* expellere plurimi tentant. Hinc sequitur Vermes non oriri ex ovis Insectorum, Muscarum & similium (quod si fieret nunquam multiplicari possent intra Tubum Intestinalem, & secundum gradus metamorphoses perirent) sed ex ovis vermium prædictorum, unâ cum aqua bibendo haustis; unde patet medicamenta Insectis adversa non per consequens vermes necare.



# CAROLI LINNÆI

## I. QUADRUPEDIA.

Corpus hirsutum. Pedes quatuor. Femine viviparæ. Lactiferæ.

## II. AVES.

Corpus plumosum. Alæ duæ. Pedes duo. Rostrum ossæum. Femine oviparæ.

## III. AMPHIBIA.

Corpus nudum, vel squamosum. Dentes molares nulli: reliqui semper. Pinna nullæ.

Ordines.	Genera.	Characteres Generum.	Species.
ANTHROPO-MORPHA. Dentes primarios 4. utrinque: vel nulli.	Homo.	Nosce te ipsum.	H. Europæus albescens. Americanus rubescens. Asiaticus fulvus. Africanus niger.
	Simia.	ANTERIORES. POSTERIORES. Dignis 5. Polliciores anterioribus similes.	Simia cauda carens. Papio. Satyrus. Cercopithecus. Cynocephalus.
	Bradypus.	Dignis 3. vel 2. . . . 3.	Ai. Ignavius. Tardigradus.
FERA. Dentes primarios 6. utrinque: intermediis longiores: omnes acuti. Pedes multifidi, unguiculati.	Ursus.	Dignis 5. . . . . 5. Mamma 4. (Ald.) Calcaneis insilit. Pollex extus positus.	Ursus. Coati Mrg. Wickhead Angl.
	Leo.	Dignis 5. . . . . 4. Mamma 2. ventrales. Lingua aculeata.	Leo.
	Tigris.	Dignis 5. . . . . 4. Mamma 4. umbilicales. Lingua aculeata.	Tigris. Panthera.
	Felis.	Dignis 5. . . . . 4. Mamma 8. sc. 4. pect. 4. abdom. Lingua aculeata.	Felis. Catus. Lynx.
	Mustela.	Dignis 5. . . . . 5. Dentes molares 4. utrinque.	Martes. Zibellina. Viverra. Mustela. Putorius.
	Didelphis.	Dignis 5. . . . . 5. Mamma 8. intra bursum abdomin.	Philander. Possum.
	Lutra.	Dignis 5. . . . . 5. Palmipes.	Lutra.
	Odobanus.	Dignis 5. . . . . 5. Dentes intermediis superiores longissimi.	Ross. Morjus.
	Phoca.	Dignis 5. . . . . 5. Mamma duæ umbilicales.	Canis marinus.
	Hyæna.	Dignis 4. . . . . 4. Callum superne jubatum. Cauda brevis.	Hyæna Feter. Picam Londini nuper vidit & descripsit ARVED.
GLIRES. Dentes primarios 2. utrinque. Pedes multifidi.	Canis.	Dignis 5. . . . . 4. Mamma 10. sc. 4. pect. 6. abdom.	Canis. Lupus. Squilachi. Vulpes.
	Meles.	Dignis 5. . . . . 5. Ungues mediis digitis ipsis longiores. Corpus superne albicant: inferne nigricant.	Taxus. Zibetha.
	Talpa.	Dignis 5. . . . . 5. anteriores maximi.	Talpa.
	Erinaceus.	Dignis 5. . . . . 5. Spinis vel lorica squamosa munitus.	Echinus terrestris. Armadillo.
	Vespertilio.	Dignis 5. . . . . 5. Pes anticus in alam expansus. Mamma 2. pectorales.	Vespertilio. Felis volans Seb. Canis volans Seb. Glis volans Seb.
	Hystrix.	Aures humane. Corpus spinosum.	Hystrix.
	Sciurus.	Dignis 4. . . . . 5. Cauda longissima lanigera.	Sciurus. . . . . volans.
	Castor.	Dignis 5. . . . . 5. palmipes postice. Cauda horizontalis, plana, nuda.	Fiber.
	Mus.	Dignis 4. . . . . 5. Cauda teres, squamosa, hirsuta.	Rattus. Mus domesticus. . . . . bachiurus. . . . . macrotus. Lemures. Marmota.
	Lepus.	Dignis 5. . . . . 4. Cauda brevissima, villosa.	Lepus. Cuniculus.
Sorex.	Dignis 5. . . . . 5. Dentes canini adstant.	Sorex.	
JUMENTA. Dentes primarios incerti, obtusi. canini exerti, validi.	Equus.	Mamma 2. inguinales. Pedes integri.	Equus. Alinus. Onager. Zebra.
	Hippopotamus.	Mamma 2. inguinales (Arist.) Pedes quadrifidi.	Equus marinus.
	Elephas.	Mamma 2. pectorales. Pedes 5. callis instructi.	Elephas. Rhinoceros.
	Sus.	Mamma 10. abdominales. Pedes biungulati: raro simplices.	Sus. Aper. Porcus. Babyroussa. Tajacu.
PECORA. Dentes primarios inferiores tantum: Superiores nulli. Pedes unguati.	Camelus.	Corvina nulla.	Dromedarius. Baërianus. Glama. Pacos.
	Cervus.	Corvina annua, primum pilosa. solida, ab apice crescentia. plurimis ramosa: feminis rara.	Camelopardalis. Caprea. Axis. Cervus. Platyceros. Rheno. Rangifer. Alces.
	Capra.	Corvina sursum versa. erecta, scabra.	Hircus. Ibex. Rupicapra. Strepticeros. Gazella. Tragelaphus.
	Ovis.	Corvina retrorsum flexa intorta, rugosa.	Ovis vulgaris. . . . . Arabica. . . . . Africana. . . . . Angolensis.
	Bos.	Corvina antrosum versa. lunulata, lævia.	Bos. Urus. Bison. Bubalus.
	ACCIPITRES. Rostrum uncinatum.	Pfittacus. Strix. Falco.	Dignis pedis antici 2. postici 2. Dignis pedis antici 3. posticus 1. quorum extimus retrorsum flexilis. Dignis pedis antici 3. posticus 1.
	PICÆ. Rostrum superne compressum, convexum.	Paradifaca. Coracias. Corvus. Cuculus. Picus. Certhia. Sitta. Upupa. Ispida.	Penna 2. longissima, singulares, nec alis, nec uropygio infixæ. Pes 4da. Rectrices exteriores gradatim breviores. Pes 4da. Rectrices æquales. Dignis pedis antici 2. postici 2. Rostrum læve. Dignis pedis antici 2. Rostrum angulatum. Pes 4da. Rostr. gracile incurvum. Pes 4da. Rostr. triangulare. Pes 4da. Caput plumis cristatum. Pes 4da. Cujus digitus extimus medio adnectitur tribus articulis.
	MACRORHYNCHÆ. Rostr. longiss. acuti.	Grus. Ciconia. Ardea.	Caput cristatum. Ungues plani, subrotundi. Unguis medius inferne serratus.
ANSERES. Os dentato-lacertum.	Platlea. Pelecanus. Cygnus. Anas. Mergus. Graculus. Colymbus. Larus.	Rostr. depresso-planum, apice subrot. Rostr. depressum, apice unguiculato, inferne bursa instructum. Rostr. conico-convexum. Rostr. conico-depressum. Rostr. cylindricum, apice alunco. Rostr. conicum, apice adunco. Rostr. subulatum. Pedes infra æquilibri. Rostr. subulatum. Pedes in æquilibri.	
SCOLOPACES. Rostrum cylindricum-teretibus.	Hæmatopus. Charadrius. Vanellus. Tringa. Numenius. Fulica.	Pes 3da. Rostr. apex compressus. Pes 3da. Rostr. apex teres. Pes 4da. Rostrum digitis brevius. Caput pennato cristatum. Pes 4da. Rostrum digitis brevius. Caput simplex. Pes 4da. Rostrum digitis longius. Pes 4da. Dignis membranis aucti. Caput carnosum-cristatum.	
GALLINÆ. Rostrum conico-incurvum.	Struthio. Casuarius. Otis. Pavo. Meleagris. Gallina. Tetrao.	Pes 2da. absque postico. Pes 3da. absque postico. Caput galea & palceibus ornatum. Pes 3da. absque postico. Caput simplex. Pes 4da. Caput corolla pennæ orn. Pes 4da. Fronti papilla. Gula membrana unica longitudinali instructa. Pes 4da. Fronti membrana serrata. Gula membr. duplici longitud. inf. Pes 4da. Supercilia papillosa nuda.	
PASSERES. Rostrum conico-attenuatum.	Columba. Turdus. Sturnus. Alauda. Motacilla. Luscina. Parus. Hirundo. Loxia. Ampelis. Fringilla.	Rostr. rectum, ad basin furfuraceum. Nares oblongæ, membranula superne instructæ. Rostr. parum convexum. Pinna rotata basin tegunt. Rostr. rectum subteres. Lingua bifida cornea. Unguis digiti postici digitis ipsis longior. Rostr. gracile. Fauces nigricant. Lingua apex bifidus laceratus. Rostr. gracile rectum. Lingua apex bifidus laceratus. Rostr. gracile. Lingua apex truncatus, 4 fetis instructus. Rostr. gracile, ad basin depressum, minimum: rictu amplissimo. Rostr. crassum, magnum, breve, curvum, unidique convexum. Rostr. crassum, rectum. Remigum apices nonnulli membranæ. Rostr. crassum. Maxilla utraque alteram sinu quodam ad basin recipit.	
SEPERENTIA.	Testudo. Rana. Lacerta. Anguis.	Corpus quadrupedium, caudatum, testa munitum. Corpus quadrupedium, cauda deilitutum, squamis carens. Corpus quadrupedium, caudatum, squamosum. Corpus apodum, teres, squamosum.	
PARADOXA.	HYDRA corpore anguino, pedibus duobus, collis septem, & totidem capitibus, alarum expers, aservatur Hamburgi, similitudinem referens Hydræ Apocalyptice à S. JOHNE CAP. XII. & XIII. descriptæ. Eaque tanquam veri animalis speciem plurimis præbuit, sed falso. Natura sibi semper similis plura capita in uno corpore nunquam produxit naturaliter. Fraudem & artificium, cum Ipsi vidimus, dentes Ferino-mustelini, ab Amphibiorum dentibus diverfi, facillime detexerunt.		
	RANA - PISCIS S. RANÆ IN PISCEM METAMORPHOSIS valde paradoxa est, quum Natura mutationem Generis unius in aliam diversæ Classis non admittat. Ranæ, ut Amphibia omnia, pulmonibus gaudent & ossibus spinosis. Pices spinosi, loco pulmonum, branchiis instruuntur. Ergo legi Naturæ contraria foret hæc mutatio. Si enim pices hic instructi est branchiis, erit diversus à Rana & Amphibiis. Si verò pulmones, erit Lacerta: nam toto celo à Chondropterygiis & Plagiuris distat.		
	MONOCEROS Veterum, corpore equino, pedibus ferinis, cornu recto, longo, spiritaliter intorto, Pictorum figmentum est. MONODON Artedi ejusmodi cornu gerit, cæteris verò partibus multum differt.		
	PELECANUS rostro vulnus insignens femori suo, ut emanante sanguine situm pullorum levet, fabulosè ab Iisdem traditur. Anam fabulæ dedit saccus sub gula pendulus.		
	SATYRUS caudatus, hirsutus, barbatus, humanum referens corpus, gestulationibus valde deditus, falacissimus, Simiæ species est, si unquam aliquis visus fuit. Homines quoque Caudati, de quibus recentiores peregrinatores multa narrant, ejusdem generis sunt.		
	BOROMETZ S. AGNUS SCYTHICUS plantis accensetur, & agno assimilatur; cui caulis alterius plantæ è terra erumpens umbilicum intrat; idemque sanguine præditus à feris devorari temerè dicitur. Est autem artificiosè ex radicibus Filicinis Americanis compositus. Naturaliter autem est Embryo Ovis allegoricè descriptus, qui omnia data habet attributa.		
	PHOENIX, Avis species, cujus unicum in mundo individuum, & quæ decrepita ex ferali busto, quod sibi ex aromatis struxerat, repuerascere fabulosè fertur, felicem subitura prioris vite periodum. Est verò PALMA DACTYLIFERA. vid. Kämpf.		
	BERNICIA S. ANSER SCOTICUS & CONCHA ANATIFERA è lignis putridis in mare abjectis nasci à Veteribus creditur. Sed fucum imposuit Lepas interaneis suis penniformibus, & modo adherendi, quasi verus ille anser Bernicla inde oritur.		
	DRACO corpore anguino, duobus pedibus, duabus alis, Vespertilionis instar, est Lacerta alata, vel Raja per artem monströse ficta, & fictata.		
	AUTOMA MORTIS Horologii minimi sonitum edens in parietibus, est Pediculus pulsatorius dictus, qui ligna perforat, eaque inhabitat.		

# REGNUM ANIMALE.

## IV. PISCES.

Corpus apodum, pinnis veris instructum, nudum, vel squamofum.

## V. INSECTA.

Corpus crusta ossæ cutis loco tectum. Caput antennis instructum.

## VI. VERMES.

Corporis Musculi ab una parte basi cuidam solidæ affixi.

IV. PISCES.			V. INSECTA.			VI. VERMES.					
Corpus apodum, pinnis veris instructum, nudum, vel squamofum.			Corpus crusta ossæ cutis loco tectum. Caput antennis instructum.			Corporis Musculi ab una parte basi cuidam solidæ affixi.					
PLAGIURI. <i>Cauda horizontalis.</i>	Thricechus.	Dentes in utraque maxilla. <i>Dorsum impenne.</i>	Manatus f. <i>Vacca mar.</i>	COLEOPTERA. <i>Alis elytris duobus tectæ.</i>	Blatta.	§. FACIE EXTERNA FACILE DISTING. <i>Elytra concreta. Ala nulla. Antenna truncata.</i>	Scarb. tardipes. <i>Blatta foetida.</i>	REPTILIA. <i>Nuda, artubus destituta.</i>	Gordius.	Corpus filiforme, teres, simplex.	Seta aquatica. <i>Vena Medina.</i>
	Catodon.	Dentes in inferiore maxilla. <i>Dorsum impenne.</i>	Cot. Fittula in rostro <i>Art. Cere Clay.</i>		Dytiscus.	Pedes postici remorum forma & usu. <i>Ant. fetaceæ. Sterni bifurcus.</i>	Hydrocantharus. <i>Scarb. aquaticus.</i>		Lumbricus longus.		
CHONDROPTERYGII. <i>Pinne cartilagineæ.</i>	Monodon.	Dens in superiore max. r. <i>Dorsum impenne.</i>	Monoceros. <i>Unicornum.</i>	Meloë.	Elytra mollia, flexilia, corpore breviora. <i>Ant. moniliformes. Ex articulis oleum fundens.</i>	Scarb. majalis. <i>Scarb. uctuosus.</i>	Corpus fasciatum, planum, articulatam.	TESTACEA. <i>Habitaculo Lapideo instructa.</i>	Lumbricus.	Corpus teres, annulo prominenti cinctum.	Intestinum terræ. <i>Lumbricus latus. Afcaris.</i>
	Balæna.	Dentes in sup. max. corni. <i>Dorsum læpius impenne.</i>	B. Groenland. B. Finfich. B. Maxill. inf. latiore. <i>Art.</i>	Forficula.	Elytra brevissima, rigida. <i>Cauda bifurca.</i>	Staphylinus. <i>Auricularia.</i>	Corpus inferne planum, superne conv. <i>tentaculis destitutum.</i>		Hirudo.	Corpus inferne planum, superne conv. <i>tentaculis instructum.</i>	Sanguisuga.
	Delphinus.	Dentes in utraque maxilla. <i>Dorsum pinnatum.</i>	Orcha. <i>Delphinus. Phocæna.</i>	Notopeda.	Positum in dorso <i>exsiliis. Ant. capillaceæ.</i>	Scarb. elasticus. <i>Negatur ab Aristotele.</i>	Curculio.		Limax.		
	Raja.	Foramina branch. utriusq. 5. <i>Corpus depictum.</i>	Raja clav. asp. Inv. &c. Squatino-Raja. Altravela. <i>Patinaca mar. Aquila. Torpedo. Bos Vet.</i>	Mordella.	Cauda aculeo rigido simplici armata. <i>Ant. fetaceæ, breves.</i>	Curculio.	Rhinoceros. <i>Scarb. monoceros.</i>				
BRANCHIOSTEGI. <i>Pinne offic. carinæ. Branch. off. &amp; membrum.</i>	Squalus.	Foram. branch. utriusq. 5. <i>Corpus oblongum.</i>	Lamia. <i>Galeus. Carulus. Vulpes mar. Zygaena. Squatina. Pristis.</i>	Curculio.	Rostrum productum, teres, simplex. <i>Ant. clavata in medio Rostri positæ.</i>	Cervus volaps.					
	Acipenser.	Foram. branch. utriusq. 1. <i>Os edentul. tubulatum.</i>	Sturio. <i>Hufo. Ichthyocola.</i>	Buceros.	Cornu 1. simplex, rigidum, fixum. <i>Ant. capitata, foliaceæ.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Petromyzon.	Foram. branch. utriusq. 7. <i>Corpus bipenne.</i>	Encephthalmus. <i>Lampetra. Mustela.</i>	Lucanus.	Cornu 2. ramosa, rigida, mobilia. <i>Ant. capitata, foliaceæ.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Lophius.	Caput magnitudine corporis. <i>Appendices horizontaliter latera piscis ambiunt.</i>	Rana piscatrix. <i>Guacucuja.</i>	Scarabæus.	§. ANTENNÆ TRUNCATÆ. <i>Ant. clavata foliaceæ. Cornua nulla.</i>	Cantharus fasciatus.					
ACANTHOPTERYGII. <i>Pinne offic. quantum quantum ad ductæ.</i>	Cyclopterus.	Pinna ventrales in unicum circulare concretæ.	Lumpus. <i>Lepus mar.</i>	Dermeftes.	Ant. clavata horizontaliter perfoliatæ. <i>Clypeus planiusculus, emarginatus.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Ostracion.	Pinna ventrales nullæ. <i>Cutis dura, sæpe aculeata.</i>	Orbis div. sp. <i>Pisc. triangul. Hyfrix. Ostracion. Lagocephalus.</i>	Cassida.	Ant. clavato-subulata. <i>Clypeus planus, antice rotundatus.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Baliftes.	Dentes contigui maximi. <i>Aculei aliquot robusti in dorso.</i>	Guaperua. <i>Hifrix. Capris. Capris.</i>	Chryfomela.	Ant. simplices, clypeo longiores. <i>Corpus subrotundum.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Gasterosteus.	Membr. branch. officulis 3. <i>Venter laminis officis infir.</i>	Aculeatus. <i>Spinachia. Pungitius.</i>	Coccionella.	Ant. simplices, brevissimæ. <i>Corpus hemisphæricum.</i>	Cantharus fasciatus.					
MALACOPTERYGII. <i>Pinne officæ, que omnes molles.</i>	Zeus.	Corpus compressum. <i>Squama subasperæ.</i>	Aper. <i>Faber. Gallus mar.</i>	Gyrinus.	Ant. clavato-productæ. <i>Clypeus angustus, rotundatus.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Cottus.	Membrana branch. offic. 6. <i>Caput aculeatum, corpore latius.</i>	Cataphractus. <i>Scorpio mar. Cottus. Gobio fl. capit.</i>	Necydalis.	Ant. simplices, constructæ articulis orbicularibus, præter ultim. globosum.	Cantharus fasciatus.					
	Trigla.	Appendices ad pinn. pect. articulatæ 2 vel 3.	Lyra. <i>Gurnardus. Cuculus. Lucerna. Hirundo. Mullus barb. &amp; imberb.</i>	Attalabus.	§. ANTENNÆ SETACÆ. <i>Clypeus planus, margine undique promin. Elytra flexilia.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Trachinus.	Opercula branch. aculeata. <i>Oculi vicini in vertice.</i>	Draco. <i>Araneus mar. Uranoscopus.</i>	Cantharis.	Clypeus fere planus, marg. prominente. <i>Elytra fragilia.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Perca.	Membr. branch. officul. 7. <i>Pinna dorsales 1 vel 2.</i>	Perca. <i>Lucio-perca. Schraitfer. Cernua.</i>	Carabus.	Clypeus cylindraceus vel teres. <i>Elytra fragilia.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Sparus.	Opercula branch. squamofa. <i>Labia dentes tegunt. Dentes molares obtinet.</i>	Salpa. <i>Melanurus. Sparus. Sargus. Chromis. Mormyrus. Smanis. Dentex. Erythrinus. Pagrus. Cantharus.</i>	Cicindela.	Clypeus subrotundus. <i>Pedes longi. Corpus tenuè acuminatum.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Labrus.	Labia crassa dentes teg. <i>Color speciosus.</i>	Julis. <i>Sachettus. Turdus diversar. species.</i>	Leptura.	Clypeus ad latera mucrone promin. <i>Ant. corpus longitudine æquant, vel superant.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Mugil.	Membr. branch. offic. 6. <i>Caput totum squamofum.</i>	Mugil. <i>Cephalus.</i>	Cerambyx.	Clypeus superne 2 punctis elevatis notatus.	Cantharus fasciatus.					
	Scomber.	Membr. branch. offic. 7. <i>Pinna dorfi 2 vel plures.</i>	Glancus. <i>Amia. Scomber. Thynnus. Trachurus. Saurus.</i>	Buprestis.	Rostrum spirale. <i>Ala 4.</i>	Cantharus fasciatus.					
	Xiphias.	Rostrum apice ensiformi. <i>Pinna ventrales nullæ.</i>	Gob. niger. <i>Jozo. Paganellus. Apha.</i>	Papilio.	Cauda foliosa. <i>Ala 4. expansæ.</i>	Cantharus fasciatus.					
Gobius.	Pinna vent. in 1 simpl. conct. <i>Squamæ asperæ.</i>		Libellula.	Cauda setosa. <i>Ala 4. erectæ.</i>	Cantharus fasciatus.						
Gymnotus.	Membr. branch. officul. 5. <i>Pinna dorsalis nulla.</i>	Carapo.	Ephemera.	Cauda setosa. <i>Ala 4. compressæ.</i>	Cantharus fasciatus.						
Muraena.	Membr. branch. offic. 10. <i>Tubuli in apice rostri.</i>	Anguilla. <i>Conger. Serpens mar.</i>	Hemerobius.	Cauda cheliformis. <i>Ala 4. Rostr. corn.</i>	Cantharus fasciatus.						
Blennus.	Pinna ventr. constant off. 2. <i>Caput admodum declivè.</i>	Alauda non cril. & galer. <i>Blennus. Gattorugine.</i>	Panorpa.	Cauda spinoso-fetacea. <i>Ala 4. Cap. corn.</i>	Cantharus fasciatus.						
Gadus.	Membr. branch. offic. 7. <i>Pinna dorfi 2 vel 3.</i>	Afellus diversar. species. <i>Merluccius. Anthias adus. Mustela. Egrinus.</i>	Raphidia.	Cauda aculeo simplici. <i>Ala 4.</i>	Cantharus fasciatus.						
Pleuronectes.	Membr. branch. offic. 6. <i>Oculi ambo in eodem later.</i>	Rhombus diversar. species. <i>Paffer. Limanda. Hippoglossus. Buglossi. Solea.</i>	Apis.	Cauda aculeo simplici. <i>Ala 4.</i>	Cantharus fasciatus.						
Ammodytes.	Membr. branch. offic. 7. <i>Pinna dorfi 2 vel plures.</i>	Ammodytes. <i>Toluanus.</i>	Ichneumon.	Cauda aculeo simplici. <i>Ala 4.</i>	Cantharus fasciatus.						
Coryphæna.	Membr. branch. offic. 5. <i>Pinna dorfi à capite ad caudam.</i>	Hippurus. <i>Pompius. Novacula. Pecten.</i>	Musca.	Cauda aculeo simplici. <i>Ala 4.</i>	Cantharus fasciatus.						
Echencis.	Stria transverse, a p. peræ, in superna capitis parte.	Remora.			Cantharus fasciatus.						
Elof.	Membr. branch. offic. 14.	Lucius. <i>Belone. Acus maxima squamofa.</i>			Cantharus fasciatus.						
Salmo.	Membr. branch. offic. 10-12. <i>Corpus maculosum.</i>	Salmo. <i>Trutta. Umbra. Carpio lacustr.</i>			Cantharus fasciatus.						
Ofinerus.	Membr. branch. offic. 7-8. <i>Dentes in max. lingu. palat.</i>	Eperlanus. <i>Saurus. Spirinchus.</i>			Cantharus fasciatus.						
Coregonus.	Membr. branch. offic. 8-10. <i>Appendix pinniformis.</i>	Albula. <i>Lavaretus. Thymallus. Oxyrhynchus.</i>			Cantharus fasciatus.						
Clupea.	Membr. branch. offic. 8. <i>Venter acutus ferratus.</i>	Harengus. <i>Spratti. Encraticolus. Alofa.</i>			Cantharus fasciatus.						
Cyprinus.	Membr. branch. offic. 3. <i>Dentes ad orificium ventriculi tantum.</i>	Erythrophthal. <i>Mugil. fluvi. Brama. Ballerus. Capito. Nafus. A. M. Caraffius. Cypr. nobilis. Tinea. Barbus. Rutilus. Alburnus. Phoxinus. Gobius fl.</i>			Cantharus fasciatus.						
Cobitus.	Caput compressum. <i>Pinna dorfi &amp; ventrales eadem à rostro distantia.</i>	Cobitis. <i>Barbatula. Miigun.</i>			Cantharus fasciatus.						
Syngnathus.	Opercula branch. ex lamina 1. <i>Maxilla à lateribus clausæ.</i>	Acus lumbr. <i>Acus Ariflot. Hippocampus.</i>			Cantharus fasciatus.						

